ihs

In Christi Nomine Amen. Anno ab incarnatione eiusdem millesimo quatercentesimo nonagesimo
octavo indictione prima die Veneris decimo octavo mensis maij In ecclesia sanctorum Sixti et liberate loci
Cornedi diocesis Cremone presentibus Floradino Johanne et Vayrano fratribus de Vayrano et Castulono Bartholomeo
dicto Schalabrino de desenzano dicto de Cattis et Stephanino de Arbuschis omnibus testibus notis et ydoneis ad hoc
adhibitis et rogatis et qui dixerunt se cognoscere me Betinum notarium infrascriptum. Noverint universi presens
publicum instrumentum inspecturi Qualiter in mei notarij infrascripti et testium supra presentia personaliter constitutus
venerabilis vir frater Angelus de Garimbertis de Cremona prior monasterij sancti hillarij Cremon ordinis pauperum
domini nostri yhu xpi fratrum Jesuatorum nuncupatorum ac sindicus et procurator et sindicario et procuratorio nomine totius
congregationis ipsorum pauperum Jesuatorum constitutus et creatus a Reverendo patre domino fratre Johanne Andrea de
Pergamo priore sancti Justi de Florentia visitatore generali electo ordinum et monasteriorum congregationis
predicte electo insolidum cum Reverendo patre domino fratre Laurentio de Brixia visitatore monasteriorum totius Lombardie et
prout de eius sindicatu et procura etiam ad infrascripta specialiter constare dixit publico instrumento rogato per Antonium de Sancto
Mafeo notarium Cremonensem millesimo indictione et die in eo contentis ad quod expediens relatio habeatur suo et sin
dicario modo et nomine predicto et omnibus meliori modo via iure et forma et causa quibus melius potest
vigore et in executione bullarum seu litterarum apostolicarum tam gratiosarum quam executoriarum indultarum congre
gationis predicte per sanctissimum in Christo patrem dominum nostrum d. Alexandrum papam sextum per quas prelibatus
summus pontifex dictam ecclesiam sanctorum Sixti et liberate vacantem per liberam resignationem sponte factam per vene
rabilem dominum Johannem de Boschis de Offolario olim rectorem dicte ecclesie cum omnibus iuribus et pertinentiis suis
univit annexuit et incorporavit congregationi predicte ipsorum pauperum Jesuatorum cum potestate concessa
visitatoribus ordinis predicti per se vel alios propria auctoritate apprehendendi possessionem dicte ecclesie iuriumque et
pertinentiarum eiusdem ut patet bullis apostolicis predictis datis Rome apud sanctum Petrum Anno incarnationis
dominice millesimo quatercentesimo nonagesimo octavo septimo idus aprilis pontificatus prelibati nostri pape anno sexto ipse
propria auctoritate concessa predicta [illegible] actualem apprehendit corporalem et actualem possessionem dicte ecclesie
sanctorum Sixti et liberate [illegible] cum omnibus iuribus et pertinentiis suis per cornua altaris maioris dicte ecclesie
accipiendo in manibus cruces tovalias et candelabra altaris maioris dicte ecclesie campanam pulsando et pul
sari faciendo et in et per dictam ecclesiam eundo et redeundo et hostia dicte ecclesie claudendo et aperiendo
et claudi et aperiri faciendo ac eundo et redeundo per cimiterium dicte ecclesie et in et per domos dicte ecclesie
et adherentes ortum et casamentum eiusdem et hostia dictarum domorum claudendo et aperiendo et accipiendo in manibus
de terra [struck] seu cemento herbas dicti orti et alios in pluribus locis et crucem faciendo et operando et
fieri et operari fecit prefatus dominus prior et sindicus predictus que ad apprehensionem vere actualis et corporalis
possessionis spectare et pertinere noscuntur et in similibus fieri et observari consueverunt tam de consue
tudine quam de iure. Et exinde rogavit me Betinum dossenam notarium infrascriptum quod de predictis unum et
plura publica tenoris huiusmodi conficiam instrumenta

Ego Betinus de Albayrinis dictus dossena de Castrolone publicus imperiali auctoritate
notarius ac unus de collegio notariorum Cremone predictis interfui et hanc cartam rogatus
tractavi tradidi et scripsi meque subscripsi

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.
Morbio 7 (175)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1806289067-15/fragment/page=0001
DFG

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1806289067-15/fragment/page=0002

1498 18 maggio Cremona 175

Ihs

IN CHRISTI Nomine Amen. Anno ab incarnatione eiusdem millesimo quatercentesimo nonagesimo
octavo indictione prima die Veneris decimo octavo mensis maij In ecclesia sanctorum sisti et liberate loci
Gorneti diocesis Cremone presentibus dominis Johanne de Vayrano filio d. de Vayrano et Castelono Bartholomeo
dicto Schalabrum de desenzano dicto de Gattis et Stephano de Arbusciis omnibus testibus notis et ydoneis ad hoc
adhibitis et rogatis et qui dixerunt se cognoscere me Betinum notarium infrascriptum. Noverint universi presens
publicum instrumentum inspecturi qualiter In mei notarii infrascripti et testium supradictorum presentia personaliter constitutus
venerabilis vir frater Angelus de Garumbertis de Cremona prior monasterii sancti hillarii Cremone ordinis pauperum
domini nostri yhesu christi fratrum Iesuatorum nuncupatorum ac sindicus et procurator et sindicario et procuratorio nomine totius
congregationis ipsorum pauperum Iesuatorum constitutus et creatus a Reverendo patre domino fratre Johanne Andrea de
Pergamo priore sancti Iusti de Florentia visitatore generali electo ordinum et monasteriorum congregationis
predicte electo insolidum cum Reverendo patre domino fratre Laurentio de Brixia visitatore monasteriorum totius Lombardie et
prout de eius sindicatu et procura etiam ad infrascripta specialiter constare dixit publico instrumento rogato per Antonium de Sancto
Matheo notarium Cremonensem millesimo indictione et die in eo contentis ad quod expeditionis relatio habeatur suo et sin-
dicario modo et nomine predicto et omnibus meliori modo via iure et forma et causa quibus melius potest
vigore et in executione bullarum seu litterarum apostolicarum tam gratiosarum quam executivarum indultarum congre-
gationis predicte per sanctissimum in christo patrem dominum nostrum d. Alexandrum papam sextum per quas prelibatus
summus pontifex dictam ecclesiam sanctorum sisti et liberate vacantem per liberam resignationem sponte factam per vene-
rabilem dominum Johannem de boschis de offolazio olim rectorem dicte ecclesie cum omnibus iuribus et pertinentiis suis
univit annexuit et incorporavit congregationi predicte ipsorum pauperum Iesuatorum cum potestate concessa
visitatoribus ordinis predicti per se vel alios propria auctoritate apprehendendi possessionem dicte ecclesie iuriumque et
pertinentiarum eiusdem ut patet bullis apostolicis predictis datis Rome apud sanctum petrum Anno incarnationis
dominice millesimo quatercentesimo nonagesimo octavo septimo idus aprilis pontificatus prelibati nostri pape domini sexto sexto
propria auctoritate concessa pretio plenam actualem apprehendit corporalem et actualem possessionem dicte ecclesie
sanctorum sisti et liberate uniti utque cum omnibus iuribus et pertinentiis suis per cornua altaris maioris dicte ecclesie
accipiendo in manibus crucem tovaliam et candelabra altaris maioris dicte ecclesie campanam pulsando et pul-
sari faciendo et in et per dictam ecclesiam eundo et redeundo et hostia dicte ecclesie claudendo et aperiendo
et claudi et aperiri faciendo ac eundo et redeundo per cimeterium dicte ecclesie et in et per domos dicte ecclesie
et adherentes ortum et casamentum eiusdem et hostia dictarum domorum claudendo et aperiendo et accipiendo in manibus
de terra seu cemento herbas dicti orti et alios in similibus fieri et cetera faciendo et opperando et
fieri et opperiri fecit prestantibus dominis prior et sindicus prenominatus que ad apprehensionem vere actualis et corporalis
possessionis spectare et pertinere noscuntur et in similibus fieri et observari consueverunt tam de consue-
tudine quam de iure et cetera. Rogavit me Betinum dossenam notarium infrascriptum quatenus de predictis unum et
plura publica tenoris huiusmodi conficiam instrumenta

Ego Betinus de Alchayrinis dictus dossena de Castrolione publicus imperiali auctoritate
notarius ac notarius de collegio notariorum Cremone predictis interfui et hanc cartam rogatus
tractavi tradidi et scripsi meque subscripsi

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Morbio 7 (175)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1806289067-15/fragment/page=0003